Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

M. xviii. kal. Iulii

Passio s. Mammarii martiris

Sub Maximiano et Galliano imperatoribus sub die kal.
feb. talis exiit persecutio per
regiones et civitates ut qui-
cumque christianus inventus fuis-
set ignibus traderetur. Tunc A-
nolinus proconsul Alexan-
drum comitem cum militibus in
partem Numidie direxit, ut nomen christi colentes ferro vinc-
tos ante tribunal presidis adduceret. Cumque venisset in ci-
vitatem Vagensem nunciabatur ei de venerabili Mammario
quod esset christianus, et iubet eum sibi ferro vinctum presentare. Cui
adducto ait: Tu es Mammari scelerate, qui homines aggre-
gasti et a sacrificio deorum prohibuisti? Quod tibi nomen est aut annorum
sis, prius quam ad tormenta ducaris dicito. Mammarius dixit:
Quod primum nomen est christianus sum, et si cupis scire etatem meam,
ego annorum sum circiter nonaginta trium. Comes dixit: Quare
insanis et non obedis imperatoribus et offers sacrificium diis nostris?
Mammarius dixit: Numquam sacrificabo demoniis tuis, sed uni
deo qui fecit celum et terram. Comes dixit: Habes tecum alios
aliquos christianos? Qui dixit: Sunt viri christiani qui mecum baptiza-
ti sunt in civitate Lambese, unde et ego natus sum. Comes dixit:
Iubeo ut nomina eorum mihi in foro dicas sceptis. Mammarius
dixit: In domibus suis eos invenies, non sunt occulti. Tunc iubet
comes militibus in civitatem pergere Lambese. Qui venientes
in locum qui dicitur ad .c. arbores, et ibi eos invenerunt, Felicem
scilicet diaconem, Iulium, Donatum, et ligaverunt eos ferro. Et ingressi
in civitatem Lambese invenerunt alios nomine Victorianum di-
aconem in sancta ecclesia dei una cum Ibose priore civitatis, et li-
gaverunt eos ferro, et adduxerunt eos ante comitem. Tunc comes
interrogans eos dixit: Christiani estis aut pagani deos colen-
tes? Felix diaconus dixit: Omnes quos vides vinctos ferro una
voce christianos profitemur. Comes dixit: Quis est auctor vester? Qui
dixerunt: Primo dominus, secundum creaturam vero carnis qui tibi pro nobis
respondeat Mammarius papa noster, qui nos redemit ex aqua
et spiritu sancto. Comes dixit: Ergo mori magis vultis quam
vivere? Sancti dixerunt: Non mori desideramus, sed vivere in
vita eterna. Comes dixit: Sunt aliqui adhuc qui vestram colant
religionem? Sancti dixerunt: Sunt in ipsum gadi. Qui dixit: Dicite
nomina eorum. Mammarius dixit: In predicto loco sunt ut iam
dixi et ibi eos invenies. Felix diaconus dixit: Noli pater
bone occultare omnes de thesauro christi, dic omnia nomina eorum. Victo-
rianus dixit: Laurentius, Faustinianus, Ildrinus, Crispinus,
levita. Hos omnes in domibus invenies. Tunc comes direxit

ad eos milites xx. Qui venientes in eodem loco eos comprehen-
derunt et cum intrasissent ingressi sunt, et invenerunt beatam Faus-
tinam que se offerebat dicens: Christiana sum. Ipsam quoque li-
gaverunt cum eis qui christum confitebantur. Et venientes in ci-
vitatem Vagam representati sunt comiti. Quibus dixit: Cuius re-
ligionis estis, christiani aut diis servientes? Qui dixerunt:
Religio nostra a patre nostro Mammario inquiratur. Comes di-
xit: Ergo cum eo vultis perire? Sancti dixerunt: Non perire sed vi-
vere in eternum volumus. Comes dixit: Miseri nolite in va-
na hominis istius doctrina male sperare, quia ex multo tempo-
re vita ipsius iam delirat. Sancti autem dei unanimiter dixerunt: Tu
delirans. Nam iste semper nos bonum docuit et docet in
domino nostro Ihesu christo, et in ipsius arbitrio pendet quid de nobis agi ve-
lit. Comes dixit: Ego dirigo vos ad Anulinum proconsulem
et ipse de vobis consultum ferat. Sancti dixerunt: Festina quid
nos detines? Nos enim festinamus ad coronam eternam pervenire.
Tunc iubens eos ad Anulinum proconsulem cum multi-
tudine militum vincto ferro a civitate Vaga deducere.
Et ecce beata Fausta una cum sponso suo Faustino cla-
mantes et dicentes: Et nos christiani sumus. Tunc milites tentos
eos ferro ligaverunt una cum sanctis recluseruntque in carcere
Vage civitatis, usque dum audiret presidis opinionem
ubi esset, et dum audiret eum esse in civitate Bosethanafora-
ria, duxeruntque eos in eandem civitatem. Tunc nuntiatur
Anulino proconsuli qui in carcerem eos miserant. Post dies
autem aliquot iubet precones clamare per regiones et civita-
tes, ut ad spectaculum sanctorum martyrum venirent. Audientes
autem universi populi pre timore penarum undique ad spectaculum
veniebant; venire nolentes ab officialibus urgebantur.
Die quoque .v. id. mai. iv. feria iubet Anulinus tribunal sibi para-
ri. Cumque sedisset iubet presentari sanctos, quibus et dixit:
Qui estis? Quo genere orti? Cuius incole civitatis? Qui dixe-
runt: Qui simus audi, quo genere orti agnosce. Religi-
one colimus cum patre nostro Mammario unum deum, ideoque
aliud cum loqui non possumus. Anulinus dixit: De quo dicitis?
Sanctus Mammarius: Ego inquit sum. De quo dicit Anulinus dixit:
Quod annorum es? Mammarius dixit: Annorum circiter nonagi-
ta trium, et mensium vi. Anulinus dixit: Hodie complentur
dies tui, nisi sacrificaveris. Mammarius dixit: Omnes christiani sumus multaque subs-
tantia seculi relicta, substantiam que in celo est querimus, de genere
vero quod requiris. Anulinus dixit: Sacrificate diis aut eternis
penis subiacebitis. Mammarius dixit: Domino Ihesu christo
sacrificamus. Tunc Anulinus iussit eos eculeo suspendi
et lampades ad latera eorum adplicari, et corpora eorum
ungulis dissipari, ut vel sic ad eorum culturam flecterentur.
Illi vero cum paterentur dicebant: Domine Ihesu christe miserere

Mammarius dixit.